vel contra ꝓpinquos durat ſemper: vt hic. ¶ Exami/
nemus iſtam lec. Ex hac lec. habes ꝙ ad confiſcationē
bonorum deuenitur per accuſationē factam de herede
⁊ hec erit practica huius. l. ſm iſtos ꝙ bene dicant pro
batur. ſ̄. e. l. neceſſarios. §. i. ibi dicitur ꝙ bona publicā
tur: ⁊ ſic nõ ſunt publicata ipſo iure niſi ſentētia ſequa/
tur. pro hoc. l. pe. ĵ. e. vbi dicitur ꝙ de hoc accuſantur.
¶ In contrarium facit ſi eſſet accuſatio ageretur cau/
ſa coram preſide nõ coram procuratore ceſaris: vt. l. i.
C. vbi cauſe fiſca. ſed iſta cauſa agitur coram procura/
tore ceſaris: ergo nõ eſt accuſatio ſed eſt queſtio bono
rum ſimpliciter: ⁊ iſta eſt vera. ꝓbatur p. l. ſi gaius ſeiuſ
. ĵ. e. ¶ Si vero eſſet accuſatio vera in penam fieret pu
blicatio ⁊ morte extingueref crimen: quod eſt falſum[a]: a i N cognitione. eſt falſuʒ. idē tʒ bar. in. l. i. ꝯ p̄uā delic.
vt ibi contra heredes ergo agitur peti. hereditatis: vt
. l. i. C. de his qui. vt indig. ⁊ ibi no. quod intellige: vt. ĵ.
dicam. Non ob. §. non alias. q: intelligo publicabunſ
ſcilicet per. l. ſecuta ſententia contra homicidas vel nõ
ſecuta: vt. ĵ. dicam. Non ob. l. penul. ĵ. e. q: intelligo ac
cuſare improprie. ſ. agere. ſimile in. l. qui accuſare. C.
de eden. Jdeo glo. legit alio modo prout vobis poſui
in ſummario: ⁊ ideo exponit glo. in cognitione. i. accu/
ſatione contra homicidas. Jſta lec. ⁊ expoſitio non vi/
detur congruere littere que dicit in cognitione aperti
teſtamēti. ſed homicide nõ accuſantur de aperto teſta
mento: ſed de homicidio ſuſtinendo glo. potes dicere
vt glo. in cognitione. i. delatione que fiſco ſit in bonis
homicide iam puniti. ſed hec etiam non videtur vera:
q: delatio poteſt fieri in quadriēnio homicidis punitis
a die die delationis facte a fiſco: vel infra. xx. annos: vt
. l. intra quattuor. ⁊. l. in omnibus. ĵ. de diuer. ⁊ tempo.
preſcri. ⁊. ſ̄. ti. ꝓxi. l. q: aūt. §. nõ ſimpliciter. expone er/
go in cognitione hoc eſt in accuſatione contra homici
das per quam peruenitur ad cognitionem aperti teſta

a ¶ Cōtra heredes. Et an iſti heredes poſſint purgare moraȝ ſuā. vide ā g. ⁊ imol. in. l. ſi inſulā. de vb. obl. in. v. fal lē. regule affirmatiue.

b ¶ Negligētes. vid ꝗ dixi poſt bar. i. l. ita ſtip. de v. obli. in. ij. apoſtilla.

c ¶ Cōtra heredes. Snia lata ꝯ occiſorē hȝ executionē paratā ꝯ ei⁹ heredeſ ut no. bal. in l. i. C. vbi cāe fiſca. ⁊ ħ per ro. ⁊ late per bal. i. l. i. C. q. res iudi. nō nocet.

d e Xcipiūtur. Et no. iſtū text. meliorē ꝺ iure. ſcdȝ bal. ħ facit qꝺ not. bal. i. l. ſi qs i tantā. C. vñ vi. ⁊ i. l. ſi ſolū i pn. de excuſa. tu. ⁊ de hac dictione vide tex. i. l. iij. §. ex ꝯrio de acq. poſ.

e o J ſeqns rñdeo cū opi. bart. ħ trāſit imo. ⁊ pau. de ca. i. d. l. cū fiſco. ſ. e. ⁊ ro. ħ ⁊ iſtud idem vult ipſemet bar. in. l. i. in. iiij. q. pn. in pmo effectu ſubſtōis vulgaris. v. itē qro qd ſi heres. ſ. ꝺ vul. ⁊ pu. vide ꝗ in hac materia dixi i. l. recuſare. §. ſi fc⁹. j. ad tre.

f ¶ Cū ex pte portio dotis marit⁹ ſi nō vīdicat mortē vxoris priuaſ lucro dotis. adꝺ bar. i. l. cū q in fi. j. de his q. ut indig.

g p Ri⁹ op. Cōtrarium no. i. l. i. §. itē illꝺ. ſ. e. vbi glo. in fi. ⁊ adꝺ bar. in. d. l. i. i pn. ff. de qſtio. ⁊ i. l. vni⁹. §. i ea cā. co. ti.

menti ex ſenatuſconſulto: ⁊ ſic ſuſtinemus lec. glo. que cōmuniter tenetur. ſed hec lec. non videtur congruere littere. nam poteſt eſſe ꝙ occiſores non reperirentur: ⁊ tamen non debuerunt tabu. aperiri ⁊ hereditas adiri antequā haberetur queſtio de fami. vt. l. iij. §. quod ad cauſam. ſ. e. Lec. glo. procedit quando contra heredē ageretur: q: neceȝ defuncti non vindicauit. ſed hic agitur ꝙ tab. aperuit ⁊ hereditatem adiuit ante ſumptaȝ vindictam. qui caſus nō eſt hic. ⁊ ita ſentit glo. in. l. gaius ſeius. j. e. lec. tamen que hic ponitur per glo. cōmuniter approbata eſt: ⁊ ideo eam teneamus. ¶ Et procius declaratione eſt videndum quando tractatur de auferendis bonis heredi propter inultam mortem defuncti: ⁊ tunc hec erit practica: q: primo debent accuſari occiſores ſi viuunt ⁊ ſententia lata cōtra eos infra quinquennium habet effectum confiſcandorum bonorum contra heredes[a]: vel ſi heredes eſſent ꝓpinqui perpetuo: vt hic ſm glo. ⁊. l. i. C. vbi cauſe fiſca. ſed contra heredes agitur homicidis cōdemnatis per peti. heredi. ⁊ ſic eſt cauſa ciuilis: vt. l. i. C. de his qui. vt indig. ⁊ tūc heredes dicentur eſſe negligentes[b] quando trāſiuit tātum tempus ꝙ commode potuerunt accuſare ⁊ nō accuſauerunt: vt no. in. l. i. C. de his qui. vt indig. qꝺ not. propter delicta que cōmittuntur in omittendo ꝙ tunc dicatur eſſe perfecta quando tranſiuit tantum tempus ꝙ potuit impleri ⁊ nō eſt impletū nec expectatur ꝙ trāſeat tempus quo deſinat poſſe fieri ſicut in contractib⁹ vt. l. ita ſtipulatus. j. de ver. obli. ſed eſt ſicut in vltimis voluntatibus: ut ibi patet. Quandoqȝ tractatur de auferendis bonis heredi propter apertum teſtamentum ſeu aditam hereditatem ante queſtionem habitam de familia ⁊ ſupremum ſuppliciuȝ: ⁊ tunc ſi occiſor eſt certus erit idem proceſſus qui dictus eſt. ſ. ſ. q: primo accuſabitur occiſor ⁊ ſententia habebit effectum confiſcādorum bonorum ⁊c. vt hic ⁊. l. ſi certus. ſ. eo. Si vero occiſor erit incertus: tunc directo ageretur contra heredem per petitioneȝ hereditatis propter negligentiā ſuam coram procura. ceſaris: vt. d. l. ſi ea. C. e. ſicut ageretur ſi occiſores eſſent mortui ita ꝙ nō poſſent condēnari: vt. l. i. C. vbi ca. fiſ. facit. j. de car. edic. l. ij. Nec ob. l. ſi ideo. C. e. vbi heres nō punitur ſi malefactores nō poſſent inueniri: q: verum eſt ꝙ non punitur propter inultam morteȝ defuncti: ſed bene punitur propter tabu. apertas ⁊ propter hereditatem aditam feſtinanter ¶ Op. ꝙ heres nō puniatur in amiſſione hereditatis ſed in centum aureis: vt. l. i. §. fi. j. eo. So. ibi aperuit tātum non autem adiuit hereditateȝ. Et aduerte: q: illa actio que datur ad centum aureos eſt popularis: vt. d. l. i. in fi. ideo nō eſt neceſſe ꝙ expectetur quinquēniuȝ imo finitur anno: vt. l. fi. j. de populari. act. ita intelligit Dy. glo. que eſt hic in prin. que dicit act. in centum aureis nō finiri quinquennio. ¶ Ultimo vides hic ꝙ ſententia lata contra occiſores habet effectum confiſcandorum bonorum contra heredes[c]. quod iduco ad. q. de ſtatuto huius ciuitatis quo cauetur ꝙ pater teneaſ ſoluere condemnationem pro filio vſqȝ ad legitimam an ſufficiat filium condēnatum eſſe. quā queſtioneȝ diſputaui ⁊ poſui eam in. l. filius in prin. j. de verbo. obli. vbi tangit Dy. ⁊ eſt i prima op. quaȝ feci in. l. in cognitione. vbi dixi ꝙ glo. tenet opi. Hug. in. l. ſi ea ⁊c. ⁊ adde ⁊. j. ad treb. l. marcellus. §. fi. ſed ille. §. multuȝ facit pro opi. ꝯria. ſed rñde vt ibi ꝑ glo. nō habetis hic alia.

e **Xcipiuntur.** [d] Impubes qui nō iuuat dominum nō tenetur ſenatuſconſulto niſi in eo tria concurrant que exprimit hec. l. h. d. ¶ Nota caſum in quo impuberes non excuſantur a delicto cōmiſſo in non faciēdo. ⁊ eadem ratione videtur vbicunqȝ dolus impuberis euidentiſſime argueretur ſicut fiebat hic.

o **J ſequens.** Fiſcus ſuccedit in locum heredis indigni ⁊ prefertur ſubſtituto etiam neceſſario ⁊ nocet vindicāti. hoc dicit. ¶ Glo. format hic no. q. hec. l. ſine dubio procedit ſi inſtitutus primo gradu adiuit: quia per aditionem extincta eſt ſubſtitutio: vt. l. poſt aditam. de impub. ⁊ ali. ſubſti. ¶ Sed ſi inſtitutus nō adiuit quid iuris. Dicunt quidā non eſſe idem: ſed ſubſtitutuȝ preferri fiſco. Jo. dicit idem. opi. Jo. eſt vera. videtur tex. in. l. in ſeruitute. §. ei qui. de bo. lib. ⁊. l. cum fiſco. ſ. eo. in eo ꝙ ibi dicit caduca. naȝ non eſſet caduca ſi eēt adita hřditas. hoc videtur ſentire gl. in. l. eam quaȝ. C. de fideicō. vbi dicit ꝙ hereditate non adita bona auferūtur ab indigno: ⁊ vadunt ad fiſcū cum onere ſuo ⁊ hoc no. per glo. in. l. recuſare. §. ſi fiſco. ad tre. ⁊ ſi dicis quare nō prefertur ſubſtitutus qui venit ex voluntate defūcti ſi primus heres non eſt. Reſpondeo[e] poſtquā primus fuit negligens eſt preſumptio ꝙ in fraudem fiſci nō adeat: ideo fiſcus occupat ac ſi adita eſſet: ⁊ ex hoc puto ꝙ huic ſubſtituto ſit dare medium ꝙ anteꝗ̄ tranſeat tempus negligētie primi heredis faciat ſibi ſtatui terminum ad hereditatem adeundaȝ vel repudiandā tunc ipſo iure repudiante ante negligentiam tranſiret ad ſubſtitutum. probatur in. l. ſi antequā. j. eo. ⁊ ibi dicam. Glo. format duo contraria quorum rōnem videre eſt difficile. ⁊ dic in primo priuatur: q: nō adiuit hereditatem defuncti. in ſecundo q: non petijt tutorē hic vero poſt morteȝ defuncti nō vendicauit: ſed pulchra eſt ſol. Rog. q: vbiqȝ indignum: ⁊ ideo apponitur varietatis caſus. Jſta ſol. bene demonſtrat: nō tamē varietatis rationē aſſignat. ¶ Querit Dyn. ſi frater occidit fratrem ſuum: an bona deueniant ad fiſcū: an ad filios occidentis. ⁊ Dy. ponit melius illam. q. in. l. cum ratio in fi. j. de bo. dā. ⁊ ibi eſt caſus. videbitis aliquantulum in. l. i. ⁊ in. l. ij. §. ſi fratris. j. ti. i.

**Cum ex parte.** Ab indigno aufertur hereditas ⁊ legatum ⁊ quicquid quocunqȝ iure de bo. teſtantis mortis cauſa caperet. hoc dicit. eadem ratione dico ꝙ ei qui nō vindicaret morteȝ occiſe vxoris aufertur illa portio dotis[f] quam lucrari debet ex forma ſtatutorum: vt. l. ea quidē de his qui. vt indig. ibi cum dicit glo. §. ſi quis autem non plures. ſo. ibi eſt in culpa. hic in dolo: vt. l. propter veneni. §. neptiſ. j. eo. vł iſtud delictū eſt maius illo. vel aliter ibi delictum cōmittitur ſolum contra teſtamentū ⁊ ideo petitur ſolum quicquid ex teſtamento capiſ nō aliunde: hic delictum cōmittitur circa vindicādā mortem ideo perditur ꝗcquid cā mortis capitur.

o **Omino.** Etiaȝ ſeruus cōis pro premio libertatē ꝯſeqtur. h. d.

p **Rius.** Hic dicitur prius ⁊ ſic inuit ꝙ perueniatur ad torturam non precedentibus indicijs. ¶ Op. de. l. i. in pn. j. de queſtionibus. Glo. dicit hic ſpeciale contra not. ſ. e. l. i. §. itē illud ⁊. j. ꝺ qōni. l. i. Dy. ibi approbat hāc gl. ꝙ hic ſit ſpāle. ¶ Op. ꝙ in tortura qſ debeat interrogari de aliquo noīatim. gl. ꝓcedit. ¶ Op. ſ. de edē. l. i. §. rationis. Glo. dicit ꝙ nihil facit ⁊ bene. ¶ Ultimo glo. inducit in ar. ꝙ teſtis eſt interrogandus de dic: qꝺ dic vt. l. teſtium. C. de teſti. ⁊ ibi per doc.

e **X inofficioſo ⁊ cetera:** Propter defuncti morteȝ nō ſuſpenditur querela inofficioſi teſta. hoc dicit.

c **Um dominus.** Jn familia ꝗ non iuuit dominum erit vindicta ſupplicium. hoc dicit. ¶ Aduerte quia tex. dicit ſumitur ſupplicium de familia: ⁊ ſic ſub nomine vniuerſitatis loquitur de familia: ⁊ prout vniuerſitaſ eſt nō habet caput: ⁊ ideo intellige hic familiam pro ſingulis de familia: vt no. in ſimili qñ vniuerſitas delinquit ⁊ punitur. l. metum. §. cum animaduertendū. ſ. quod me. cau. ⁊. l. ſi ex dolo. ſ. de do

ſo.qualiter autem puniatur pro delicto ex quo debet inferri mors:dixi in.l.aut facta.j.de pe.

p **Propter ueneni.** Mors clandeſtina ab extraneo facta aditionē nō impedit.ſecus ſi a familia facta dicatur.h.d.no.diſtinctionem huius.l.Glo.enim in.l.ſi fratrem.C.e.diſtinguit ſic.aut aliquis fuit occiſus palam ⁊ non poteſt adiri hereditas. aut clā:⁊ tūc aut a familia:aut ab extr̄neo vt hic:⁊ iſta eſt vera opi.Alij ut Azo nō diſtinguunt clā vel palam:ſed ſolum a familia vel ab extraneo ſit occiſus. Sꝫ prima eſt vera . probatur in.l.ſi minor in ſi.⁊.l.ſi fratrem.C.e.ti.

**Neptis.** Ei cui aufertur hereditas : vt indigno propter dolum nō reſtituuntur act.confuſe.ſecus ſi propter culpam hoc dicit.⁊ eſt no.§.⁊ no.etiam glo.ad quam ſepe remittitur. Dic ut in glo.⁊ no.ex hac.l.ꝙ ille qui ſcit factum ſi facit contra ius preſumitur in dolo:quod maxime habet locum hic vbi tractatur de acquirendo:vt.l.ſi duo.⁊ ibi no.ſ̄.de acq ren.here. arg. tamen contra predicta .ſ̄.e.l.iij. .§.ſiqs.

**Preſidis.** In dubio nō videnē heredes indigni ſi non prouocauerunt.h.d.¶Op.C.e.l. minoribus in ſi. So.glo.hic tribus modis.tu dic ꝙ aut eſt certū ꝙ ſententia eſt bene lata:⁊ non tenētur heredes appellare aut ē certū ꝙ ē male lata ⁊ tenenē appellare.aut ē dubiū dubiū ⁊ preſumiē ꝓ ſnīa ⁊ ſi tenenē appellare:vt.l.herēnius.§.gaia.de euic. ⁊ ita loqtur hic.⁊ ita quod dicit p̄ſidiſ iniquitatē intelligo non apparentem:licet in veritate eſſet. ſic probatur.j.dum dicit tex.non defunctorie .i. nō malicioſe.non eniꝫ credebat male vindicare. eo autem caſu quo dixi debere appellare excuſarentur propter inopiam:vt.l.ſi procuratorē.§. ſi ignorantes.ſ̄.man.⁊ no.hic ſecundum vnam ſolu.alias dic ſi tamen appellauerunt proſequi tenentur:vt.l.minoribus.C.eo.⁊ hic no. Sed ſi aliquis appellat an heredes teneantur reſpōdere. Certe indubitanter ſic:vt.l.minoribus. C.e. non habetis hic alia dicenda.

g **Filius.** Cauſa ciuilis bonorꝫ cōtra heredes occiſoribꝰ cōdemnatis nō finitur decēnio nec morte heredis hoc dicit.¶Oppo.ꝙ quinquennio pereat hoc ius confiſcandorum bonorꝫ : ut.l.in cognitione.ſ̄.e.Sol.glo.tribus modis.primus communis intellectus communiter non tenetur: vt dixi in.l.contraria.de duabus alijſ ſolutionibus tene quāuis.vel dic ꝙ ibi loquitur poſt occiſores cōdemnatos ⁊ vixit poſt decennium : ſed antequā condemnarentur ſufficeret quinquēnium: vt in contrario:⁊ ſic concordat. ¶Oppo.extra glo. act.penales non tranſeunt ad heredes:vt.l.i.C. ne ex delic.defun.l.i.in prin.de priua.delic. So. quidam dicunt illud verum in delicto commiſſo in faciendo.hic in non faciendo:quod eſt truffa dic ꝙ hic nō eſt cauſa criminalis licet tenetur de bonis applicandis fiſco.condemnatis enim occiſoribus ſtatim bona ſunt cōfiſcata ⁊ fiſcus agit petitione hereditatis ad bona: vt.l.i. C. de his qui.ut indigni.⁊ hoc vult tex.hic:cum enim iſta cauſa ſit pecuniaria ⁊ ciuilis ad heredem tranſit Si vero erat criminalis quamuis pecuniaria ad heredem non tranſiret:vt.l.ex iudiciorꝫ.de accuſa. Barto.

a **Si antequam.** Ex cauſa ꝑ fideicōmiſſarium cogitur heres adire ante vindicatam mortem defuncti.hoc dicit. ¶Quero quomodo poteſt cogi adire cuꝫ ſi ſponte adiret incidit in penā:quid eſt hoc quod hic ī cauſe cognitione vertitur.nam poſito ꝙ ipſe non adiret ⁊ mortem defuncti nō vindicaret bona defuncti tranſirent ad fiſcum cum onere ſuo[a]vt.l. cum fiſcus.ſ̄.e.⁊ ſic fideicommiſſariuſ non perderet fideicommiſſum. Sed reſpondeo ꝙ in cauſe cognitione vertitur hoc:q: forte heres nō vult vindicare mortem:ſed fideicōmiſſarius vult . expedit ergo fideicommiſſ.ꝙ antequam heres ſit in negligentia cōpellatur adire ⁊ reſtituere.ex hoc enim lucratur quartam quam heres deberet detrahere que perueniret ad fiſcum ſi bona ad euꝫ peruenirent:vt.l.ij.in ſi.j.ti.i.

Ex.l.ſequenti.

¶An ſola fuga probet maleficium.

l **Lege cornelia.** [b]Pro quolibꝫ ſeruo aufugiente conuicto conuincenti quinqꝫ aureis de bonis conuicti ſi habet.alias a fiſco dantur hoc dicit. Diuide. primo loquitur quando quis conuincit ſeruos teſtamento non manumiſſos.ſecundo quando conuincit ſeruos manumiſ.teſtamento.ſcd̄a ibi preterea.¶Op. hic in ſi.dicitur ex bonis damnati ſ̄. proxime dicitur ex bonis defuncti vel ex publico. Glo. ſoluit dicens ꝙ primo de bonis damnati.ſi nō ſufficiunt:tunc ex publico. Certe per hoc nō tolliē contra:q:.ſ̄.dixit de bonis occiſi.vnde Iaco.de are.expōit hoc ex bonis damnati.ſ. heredis qui ſtatim eſt damnatus in confiſcatione bonorum eoipſo ꝙ ſeruus eſt damnatus:vt.l.in cognitione.ſ̄.co. Dyn.dicit ꝙ primo habeat premium ex bonis damnati.ſecūdo ex bonis occiſi.⁊ ſi nō ſufficiunt ex publico:vt in prin . ⁊ ſic quod ī p̄n. deficit.hic ſuppletur:quod verum puto.nam in princi.loquitur quando ſunt conuicti ſerui non manumiſſi qui non poſſunt habere aliquid merito debent habere de bonis occiſi vel ex publico.ſecundum reſponſum loquitur quando ē cōuictus ſeruus manumiſſus qui poteſt habere aliquid ideo dicitur de bonis damnati.¶Nota ex hac.l. ꝙ ſola fuga [c]non probat maleficium niſi aliter doceatur:vt hic in prin.⁊ ſecundo reſponſo.ad idem.C.de rap.vir.l.i.Glo.tamen in.l.bone fidei.C.de iureiuran.⁊ in.l.admonendi.ff. e. ti.dicit ꝙ fuga facit ſemiplenam probationem. quod quantum ad hoc dic ut dixi in.d.l. admonendi. Alibi videtur ꝙ fuga faciat plenam probationem:vt.l.deſertores.de re mili.⁊.l.conſiliarios.C.de aſſeſ.⁊.l.impuberibus.de ſuſpect. tu. docto.tangunt in.d.l.i.C.de rap.vir.tu dic clarius. quandoqꝫ fuga obijcitur alicui pro crimine: ⁊ tunc probata fuga probatur crimen:vt.d.l.deſertores.j.de re mili.⁊ vidiſtis.ſ̄.e.l.i.§.cum dominus. Quandoqꝫ fuga obijcitur alicui in probatione alterius criminis non ut crimen per ſe: ⁊ tunc quandoqꝫ eſt crimen ſolius ſuſpitioniſ:⁊ tunc fuga eſt plena probatio:quia facit quem ſuſpectum:vt.d.l.impuberibus. Quandoqꝫ ē crimen de quo requiritur probatio plena vera de ipſo facto nō de ſuſpicione tantum:tunc fuga regulariter nō facit plenam probationem:vt hic ⁊ dicta.l.i.de rap.vir.⁊ in corpore de exhi.⁊ introdu.reis.§.ſuſpecto.indicium tamen vel ſemiple

a ſi antequā Onere ſuo adde qđ dixit bar.i.l. ſequēs in ſi. p̄n.ſ̄.co.

b l Lege cornelia.vide bar. in.l. ſi qd id qđ §.ſerui . vbi allegat iſtam .l.de iuriſdi. om.iudi.

c¶ Sola fuga.an ſola fuga rei ꝓbet vel idiciū faciat hētur ꝑ do.an. in.c. eſtimatis.de dol.⁊ ꝯtu.et adde ꝙ regulariter fuga nō facit quē hēri ꝑ ꝯuicto. l.i. C.de reqr.re. ⁊.l. vbi.C.đ fal. ⁊ ꝙ faciat indiciū tꝫ etiā bar.in.l.i.ff. de q̄ſti. ⁊ an bannū faciat idiciū veritatiſ hētur per bal.i.l.i.i.ix. col.C.de here.iſti.de materia ꝑ Ioā. and.i addi. ſpec. i ti. de p̄ſum.§.ij.v̄. violēta. adđ caſuꝫ not.in quo fuga plene ꝓbat i auten. vt nulli iudi.§. ſi qs v̄o accuſatuſ col.ix.⁊ theoricā bar. h̄ litat:vt not. ꝑ cū l.l.i.j.đ bo.co. ⁊ viđ tex.i.l.qd āt de lib.cau.et h̄ adde imo. i.l.intereſſe. de acqr.poſ. vide ang.de are.in.l.maleſi.i.v̄.fama publica.

d¶Debet intelligi. ſi ſtatutum dicit quicunqꝫ primo accuſauerit malefactorē hēat tm̄ đ qbꝰ bōis hēre dꝫ . vide bart.in.l.lex corne.§.ſiqſ libellū de iniur.i repor. antiqs vide ang.de are. in maleſi. in v̄ſi.fama publica. in pe. char.

nam probationem facit:vt glo.in.l.i bone fidei.
ꝛ in.l.admonendi.fallit in caſu ꝛ ibi facit plenaȝ
probationem:vt.d.l.cõſiliarios.C.de falſis.Fa
cit.l.iſta in arg. ꝗ ſi ſtatuitur premiuȝ denunciã
ti malefactoreſ nec exprimitur vnde ſoluatur de
bet intelligi ſm formam huius .l. de bonis ma-
lefactoris primo.ſecundo de bonis eius ad cuiꝰ
vtilitatem ſumitur vindicta.tertio de publico.
¶ Item no.tex.hic ex vinculis cauſam dicat.ꝛ ẽ
ſimi.in.l.ij.ĵ.de cuſto.reo.

Ex.§.ſequenti.

¶ An in qualibet actiõe populari medietas pe-
ne ſit actori alia medietas ſit fiſci.

## Ex hoc edicto[a].

¶ Qui teſta.tabu . aperuit
contra edictum tenetur ad centum aureos acti-
one populari:quorum medietas eſt actoris:alia
medietas eſt fiſci.hoc dicit.¶ Opponitur ꝗ pe
na ſit confiſcationis bonorum: vt.l.in cognitio-
ne. š.eo.Solu.ibi facit plus : quia hereditatem
adiuit:ut ibi dixi.ꝛ ibi notatur ꝗ iſtius pene pe-
cuniarie medietas eſt actoris : alia medietas eſt
fiſci.Idem dicit gloſa in qualibet actione popu-
lari:vt.l.iij.§.hoc autem.de his qui deiecerunt.
In contrarium[b] eſt veritas:quia quando lex ſta
tuit actionem popularem tota pena eſt actoris:
poſt litis conteſtationẽ:vt.l.ſicut.ĵ. de verboruȝ
ſignificatione hoc tenet Azo ꝛ Rofre. in libellis
in titulo ſi quis corrumpit album pretoris.Nec
obſtat.l.iſta : quia ideo hic : quia lex ſimpliciter
hic ſtatuit ꝛ hoc verum. Quandoqȝ per legem
inducitur actio.ſecus ſi accuſatio . nam tunc in-
diſtincte pena applicatur fiſco niſi aliud dicatur
vt.x.col.que ſunt regalia .c. primo ꝛ .l. mulcta-
rum.C.de modo mulctandi.qualiter autem co
gnoſcatur an lex introducat actionem vel ac-
cuſationem dixi in. l. agraria . de termino amo.
facit ad predicta. l. vlti. de litig. ꝛ quod ibi no-
tatur.

f

## Ideicommiſſum.

Qui debitum accepit ab heredibus nõ
probibetur eos accuſare de inulta morte defun-
cti.hoc dicit.Aduerte[c]:licet textus dicat accuſa
re:non tamen eſt proprie accuſatio : vt dixi in.l.
in cognitione.š.eodem cũ in tota iſta materia di
citur de herede qui non vindicauit mortem de-
functi.intellige niſi fuerit preuentus ab alio ac-
cuſatore vel a preſide:ingrente vt.l.qm ſororeȝ.
.C.e.facit.l.edicto.de iure fiſci.

g

## I de pluribus.

Deli-
ctum
vnius ex hr̃dibus non nocet alijs .hoc
dicit.¶ Opponitur ꝗ factum vnius ex heredi-
bus aliјs preiudicet:vt.l.ij.in fine de verborum
obligatione.Sol.ibi in actioni.que incboantur
a perſona defuncti ꝛ tranſeunt in perſonam he-
redis.hic in actiõe que incboatur in perſona he
redis dixi plene in.l.ea.§.cato.ĵ.de verboruȝ ob
ligatione.

¶ Si quis aliquem teſtari probi. vel cogerit.
Rubrica.

a ¶ Ex hoc e
dicto.Cui ap
plicet pena
ex populari
actiõe reda-
cta. ꝛ adde
bar.i.l.ſi qs
id qd de iu.
om.iudi.
b ¶ Cõtrariũ
vide ſin.bar.
in.l.ſenatus.
.§.ſenatus.ꝛ
qd ibi dixi d
iure fiſ.
c Ideicõ
f miſſuȝ.
Aduer-
te.Et ſic ha-
bes intelle-
ctũ ad totuȝ
ti.ꝛ intellige
vt p bal.i.d.
.l.qm ſororẽ
.C.e. ꝛ vide
cõcor.in.l.i.
.§.ſi mulier.
in ver. elegã
ter. de libe.
agno.
¶ Si qs ali.
teſt.probi.
Rubrica.
d ¶ Querit
glo. Et pra-
cticã huiꝰ ti.
ꝛ quõ pbeẽ
quẽ impedi-
uiſſe teſtari ꝛ
qd ſi tale te-
ſtamẽtũ erat
ẽt nullum . ꝛ
qd ſi nõ cuȝ
effectu impe
diuit.no.bal.
in.l.teſtamẽ-
ti.ꝛ quod ibi
glo.C.de in
offi.teſta.

Ex declaratione huius Rice.

¶ An cum ego cogo aliqueȝ vt ticium inſtituat
an mea coactio noceat ticio.

¶ Querit glo.[d] quando habeat locum iſte titu.
Et dicatis ut in glo.ſed quando cogo te ut aliũ
inſtituas:an coactio mea noceat inſtituto . Et
glo.que h̃ eſt tenet ꝗ ſic.Sed contra tenet glo.
in.l.ij.C.e.ꝛ allegat.l.metũ.§.licet.š. quod me.
cau. pro illa glo. facit.l. eleganter. in prin.š.de
dolo.ꝛ quod ibi no.In contrarium probatur p
Dy.quia quando dolus alicuius eſt immediata
cauſa alicuius acquiſitionis mee debet mihi no-
cere:vt in dolo procuratoris qui nocet domino
vt.l.ſi procurator. ĵ.de do.excep. ꝛ.ĵ. de vi ꝛ vi
arma.l.i.§.ſi quis tamen.ꝛ.§ .filius. Item vide
tur caſus expreſſus in.l .i.C. eo. ꝛ iſtam opi. te-
net Dy.ꝛ Pe.¶ Non ob.l.metum.§.licet. qa
ibi metus alterius non fuit cauſa proxima acqui
ſitionis:ſed labor meus.nec.l. eleganter.in pn.
.š.de dolo.quia ibi loquitur in cõtractu in quo
ſimiliter dolus alterius non eſt immediata cau-
ſa acquiſitionis: quia acquiro ex contractu meo
non dolo alterius ꝛ ꝗ iſta opinio. ſit vera iſtorũ
doc.videtur probari in.l.i.§.i.ĵ.e.ti.

Ex.l.ſequenti.

¶ Si aliquis vult teſtari ꝛ conſanguinei impe-
diunt ꝛ ob id mittatur ad curiaȝ qualiter proui
debitur ꝛ qualiter practicabitur hec.l.

## Ui dum captat:

Ab eo qui probibet teſtamentum ſi
eri vt mutari aufertur hereditas ut
ab indigno.h.d. ¶ Opp.ĵ.l.proxi.
.§.fratris Glo.ſoluit ꝛ bene. ꝛ vide illam glo.q̃
in multis locis allegatur. ꝛ dixi vobis in.l. ſi ſe-
quens .š.e.ti.ſcilicet ꝗ quãdo frater occidit fra
trem ꝗ nocet omnibus ſequentibus in gradu
ſed exiſtentibus in eodem cum eo uel proximio
ri non preiudicat per illam glo .ut.l. cum ratio
in ſi.ĵ.de bo.danna.¶ Quero aliquis vult face
re teſtamentum: conſanguinei non permittunt
introire notarium ꝛ mittitur ad curiam ut faciat
ꝗ notarius introire poſſit ꝛ teſtamentum libere
facere:quid faciet curia.Or. domini dico ꝗ po
teſtas debet hoc facere per regulam ne poten-
tiores humiliores afficiãt:ut.l.illicitas.§.ne po
tentiores.š. de offi. preſi ꝛ per hoc videtur ca-
ſus in.l.ꝛ curent.š.de teſti.ꝛ ſic ponebat caſum
Ja.bu. cui parcat deus:licet glo.aliter dicat in
ſi.ibi dicitur teſtari.ideſt teſtificari dicit glo. ſed
Ja.bu.dicebat teſtari proprie. ¶ Quero quali
ter practicabitur iſta.l. Et credo ꝗ ſic praticeẽ
ꝗ ille qui probibuit teſtari accuſetur ꝛ impone-
tur pena extraodi.ꝛ hoc facto proponetur con-
tra eum acti.ciuilis ſcilicet petitio hereditatis ſi
cut in quolibet alio indigno dicimus:ut.l.i. de
his qui. ut indig.C.

Ex.§.ſequenti.

¶ Si maritus probibeat vxorem teſtari an no-
ceat filijs qui ſucceſſuri eſſent ab in teſtato.

# Si dominus dolo fece

rit. Dolus dñi phibentis mutari teſtamētū nocet ſeruo ⁊ alijs inſtitutis nō legatarijs. hoc dic. ¶ Op. de prin. ad fi. qa in princi. dicit̄ q dolus phibētis mutari teſtamētū nocet alijs. ſ. filio vel ſeruo etiā manumiſſo. In ℣. ſꝫ ſi legatū. dicit cōtrariuꝫ. ⁊ iſtud nō eſt multū facere cōtra: qa poſſumus rñdere altero de duob⁹ modis: qa in pn. fuit adhibitus dolus a cōiunctis pſonis, p qbus preſumit̄ dolus p ꝯiunctis: vt. l. pe. ꝗ. de bo. lib. ⁊ hoc puto verū ſatis. vel aliter aliud in īſtitutiōe aliud in legato. ita loquit̄ ſecūduꝫ rñſum. §. ⁊ rō ſatis eſt in pmptu. nam qñ adhibeo violentiam ne aliquis faciat teſtm̄ tūc reſpicit inſtitutionē ⁊ circa eā videt̄ facta violentia ⁊ nō reſpicit legatū principaliter: ⁊ ita aliud in vno q̄ in alio. ¶ Ulterius dicit̄ hic ⁊ ſi nō fuerūt in ptāte ⁊c̄. ſed an ſufficiat q nō fuerunt omni tempore: an altero. Et vltima opi. glo. eſt vera. ⁊ vide glo. q̄ incipit eo tēpore ⁊c̄. ibi ⁊ alij qō ⁊c̄. ibi ar. ꝯtra ⁊c̄. ⁊ dic ſcilꝫ ad p̄cedēs rñſum. Itē ibi in tex. ei⁹ q ⁊c̄. dic ſcilꝫ huic relicto cām dedit dñs ideo nocet. ſicut in dolo pcuratoris dicimus q nocet dño: vt. ꝗ. de do. excep. l. ſi pcurator. By. Et illā rationem tene menti: quia p hoc pōt terminari qō no. q ſi maritus phibuerit vxorē facere teſtm̄: an noceat filijs q eſſent ſucceſſuri ab īteſtato. Videt̄ q ſic. vt hic. ſed ꝯtra videt̄ de iure: qa ſi filij vellent ſuccedere ex teſtō qō phibuit pater mutari: ⁊ tunc noceret filijs: ſicut qñ dedit cāꝫ dolus patris ſucceſſori legitime ſm iſtā lec. quare ⁊c̄. p hoc vidiſtis. ś. l. pxi. no. ibi. Item fit p̄iudiciū pximioribus in gradu. ⁊ vide glo. q̄ incipit q̄ phibuit. in fi. dic ⁊ rō qa initiū hoc habuit: ibi nō. arg. ś. de here. inſti. l. ij. ⁊ de cadu. tol. §. in p̄mo. ⁊. §. p ſecūdo ſm By. ¶ Sꝫ circa iſtaꝫ glo. op. q̄ tꝫ q ille qui eſt indignus diſtribuit. ſed ℥. ꝗ. l. pxi. §. fi. vbi nō diſtribuit indignus ſed fiſcus. Reſpon. ibi loquit̄ in fideicōmiſ. particulari: hic ī vniuerſali: ⁊ rō eſt qa in vlī detrahit̄ trebellianica: ſed legatarius qui ſoluit fideicōmiſſum vtile nullā detrahit quartā: ⁊ ita loqtur h̃. tene mēti iſtā materiā.

s **I quis.** Qui impedit teſtes accedere impedit teſtamētū fieri. h. d. Quero exēpluꝫ ℣. fratris. Glo. legit duobus modis. primo ſi vnus frater phibuit quē teſtari de nouo non nocet alteri. iſta eſt bona ⁊ clara. ſecūdo qñ vnus frater q ſolus erat inſtitutus in p̄mo teſtō phibuit teſtm̄. quo caſu alteri fratri nō nocet ſed pdeſt. habebit partem ſuā cū nihil eſſet habiturus ſi primū teſtm̄ duraret. In hoc tñ ſūt opi. an h̃ lec. ſit ꝟa. examiabo ſtatim in. l. vl. nō habetis h̃ alia ad preſens.

Ex. l. ſequenti.

¶ An legata debeant̄ ex teſtō facto per vim. Et que coactio debeat interuenire vt qs incidat in edicū ⁊ qualiter ſit practicanda hec materia. Et an cū hereditas vadit ad fiſcū legata debeant̄: ⁊ qualiter pbabit̄ q aliquis teſtari phabitus ſit. Et an ſi teſtator dicat notario q libēter mutaret teſtm̄ ſed timet. An ex hoc ſolo pbet̄ timor. ⁊ an licet tempore teſtamenti nō pbent̄ verbera mariti ſufficiat pbare q preceſſerint.

v **Irum.** ¶ Licet teſtatori placare blādo ſermone. hoc dicit. ¶ Pro declarāda iſta materia quero in quot caſibus habeat locum iſte ti. Glo. rubrice dicit ī quattuor quos examinemus. Primo hꝫ locū quādo cogo te vt me īſtituas: tunc incido in edictuꝫ ⁊ hereditas aufert̄ ⁊ applicat̄ fiſco: vt. l. i. C. e. ti. Sed quero qūo potui p̄iudicare venientibus ab inte. q me precedebāt in gradu ꝯtra ea que no. ś. e. in. l. i. in prin. Dic q poſtq̄ fui inſtitutus nullus eſt q me p̄cedit: qa in ſucc. prior eſt cauſa teſtamenti: vt. l. q̄ diu. ꝗ. de acqui. here. Sed adhuc inſurgit iniquitas: qa ex facto meo prius veniētes ab inteſtato excludo. Rñ. h̃ non conſtabat q vellet inſtituere hos vel alios: ſed voluit decedere inteſtatus: ſꝫ h̃ hñ ꝯſtat q inuitus me inſtituit. Si naūt ꝯſtaret quos voluit inſtituere: tunc illis quos leſi daretur actio contra me de dolo vel cōdi. ex. l. ad duplū: vt no. in. l. lucius. §. ſempronia. ꝗ. de le. ij. ⁊ ī auc̄. vt nul. iudi. §. ad hoc puenit. ⁊. C. e. l. ij. ⁊ ſi nō eſſet ſoluendo in dubio: iſte leſus reuerteret̄ ꝯtra fiſcū. ar. l. fi. in pn. ś. de eo p quē factū erit. ⁊. l. plane. la. ij. §. i. ꝗ. de le. i. ¶ Quero vtrū legata debeant̄ ex hoc teſtō facto p vim. Et videt̄ q ſic vt. ś. l. pxi. in fi. ⁊. l. i. §. i. ¶ In ℥. videt̄ q non: qa poſtq̄ fecit teſtm̄ īuitus ita hꝫ volūtatē legatarij ſicut heredes. ⁊ quāq̄ coactio fuerit facta p aliuꝫ nō dꝫ pdeſſe legatarijs: vt. ꝗ. dicā in ſecūdo caſu. Rñ. ſi conſtat q teſtator coactus inſtituit me ⁊ nihil aliud ꝯſtat vltra q tunc legata debent̄: vt. l. i. p̄alleg. ſed ſi ꝯſtaret q totā illā voluntatē fecit coacte: tunc nihil debet̄ p rōnem ſecundo factam. ¶ Quero que coactio dꝫ interuenire ut qs incidat in edictū. Rñ. metus mortis vel cruciat⁹ corporis. ſ. q caderet in ꝯſtantē virum: vt. l. metum. qō me. cā. vel alius metus qui induceret reſtitutionē per officiū iudicis. de quo in. l. i. §. qui honorande. quarū rerū act. nō da. ⁊. l. fi. §. i. ⁊. ij. ś. qō me. cau. ⁊. l. interpoſita. C. de tranſac. ⁊ no. in. d. l. metū. qō me. cā. Ad tollendū tamē dictā p̄ſump. q nō interceſſerit metus curet qs q teſtm̄ fiat interueniētibus cōſanguineis: vt. l. tranſac. C. de tranſ. ¶ Quero qūo practicabit̄ iſta materia. Rñ. primo accuſabit̄ ille cogens ⁊ punietur criminaliter: ⁊ illa ſnīa habebit contra eū effectū confiſcationis bonoꝝ: vt amodo cōueniat̄ p hereditate pe. here. ar. l. in cognitiōe. ś. ti. i. ita ītelligo. l. i. C. e. ¶ Secundo habes locum iſte titu. qñ compello te vt inſtituas alium: vt. l. i. C. e. ita dicit glo. rubri. in. l. ij. C. e. no. ꝯtra. p. l. metū. §. ⁊ lꝫ. ś. qō me. cā. p hoc. l. elegāter. in pn. ś. de dolo. vbi dolus tertij non nocet alteri. p hoc. l. i. ℣. ſed ſi legata. ś. e. vbi dolus vnius nō nocet legatarijs. ad idē poſtq̄ quis eſt inſtitutus tenet primū locum in ſuc. ſed ei qui tenet primū locū nō nocet dolus alterius: vt no. ś. e. l. i. in prin. ergo ⁊c̄. Contra tenet Pe. By. ⁊ Cy. ⁊ oēs. nam qñ dolus alterius eſt cā īmediata acquiſitiōis mee ille dolus mihi nocet: vt. l. ſi pcurator. ꝗ. de doli excep. ⁊. l. i. §. ſi quis tamē. ⁊. §. filius. ꝗ. de vi ⁊ vi ar. ⁊ pbat tex. in. l. i. C. e. ⁊ arg. l. ij. §. i. ś. e. ⁊. ꝗ. q. nō cōpe. bo. poſ. l. i. Non ob. §. ⁊ lꝫ. qa ibi dolus alterius nō eſt cā pxima acquiſi. mee: ſed labor meus. Nō ob. l. elegāter. in p̄n. qa ibi dolus tertij nō eſt cā pxima acqſitio. mee: ſꝫ cōtract⁹ me⁹. Nō ob. qō dicit̄ de legatarijs: qa vt dixi. ś. ītelligo qñ nō conſtat q fuerit coactus ad legandū. ſed ſi preſumitur in. q. q coactus inſtituit aliuꝫ. Non ob. qō dicit̄ q eſt pximior: qa h̃ cā pximitatis cauſabit̄ a dolo tertij q eū inſtitui fecit. In contrarijs erat pximior in ꝯſanguinitate vel ſanguine: ⁊ ſic cā pximimitatis cauſabit̄ aliter q̄ ex dolo tertij. ⁊ p hoc facit optime ſo. quā By. dedit. ś. e. l. i. §. i. in vltimo ꝯtrario qō feci. ¶ Practica aūt huius mēbri erit q primo accuſabit̄ inferens metū que accuſatio ſecuta condēnatione habebit effectum ꝯfiſcandoꝝ bonoꝝ ꝯtra inſti-

s Irum v quero quo. Vide bar. i. l. fi. alias. l. C. e.

tutum:vt dixi.ſ.ita intelligas ꝙ ei quē quis leſit
per illū actū ſit ſaluū ius recuperandi ꝯtra infe/
rentē metū:ut dixi.ſ.in ꝓximo caſu. Habemus
uidere duos caſus dubios quos infra dicam.
¶ Tertio caſu habet locū iſte ti.qn̄ impedio ali
quē uolētem teſtari de nouo:ut.ſ.l.i.in prin.ita
dicit glo.rubri. Circa hoc diſtingue latius: aut
iſte qui impedit eſt ꝓximior ſucceſſurus ab inte.
⁊ hereditas auferꝰ ſibi ⁊ applicaꝰ fiſco:ut in p̄n.
.l.i. Aut ille hʒ priorē in gradu uel equalē ⁊ ſibi
nō preiudicat:ut.l.ij.§.fratris.ſ.e.ita tenet glo.
in p̄n.l.i. ¶ Sed cōtra hoc op.ſ.determinatū ē
ꝙ qui cogit teſtatorē inſtituere aliū facit locum
huic ti.ſed qui impedit teſtatorē teſtari uideꝰ eū
cogere relinquere uenientibꝰ ab inte.⁊.l.ꝯficiunꝰ
in p̄n.⁊.l.ſi quis cū nullū.ꝭ.ti.i. Rn̄.ſi cōſtaret ꝙ
ego impediui teſtatorē volentē teſtari ⁊ inſtitue
re aliū ꝓcederet oppoſitio.ſed qꝺ in glo.diciꝰ in
telligiꝰ qn̄ ꝓbatur ꝙ qs ꝓhibuit aliū teſtari ſim
pliciter.forte enī ſi teſtator feciſſet teſtm̄ inſtituiſ
ſet venie͂tes ab inte.⁊ diſtinctio precedens facit
ad queſtionē de eo qui interfecit conſanguineū
ſuū:vtruʒ ſuccedat ei:⁊ ſi nō:vtrū ſuccedat fiſcꝰ.
quidā habēt hanc.q.factā per Dy.in.l.ſequens
gradus.ſ.ti.i.veritas eſt ꝙ diſtinguatur[a] aut in/
terfectus erat ꝓximior:aut vlterior. primo caſu
bona ꝯfiſcanꝰ.ſecūdo nō:vt.l.cū rō.in fi.de bo.
dā.⁊.l.ab hoſtibus.§.i.ſ.ſo.ma.interficiens ꝟo
nullo mō ſuccedit per dictas.ll. Quarto caſu hʒ
locum iſte ti.qn̄ quis ꝓhibet teſtari aliquē q vo/
lebat mutare primū teſtamētum:vt.ſ.l.i.in p̄n.
ita dicit glo.rubri. Circa hoc diſtigue: aut ille q
ꝓhibuit nō erat inſtitutus ipſe nec filius eiꝰ vel
ſeruus ⁊ ſua ꝓhibitio nō impedit ſuccedere inſti
tutos in p̄mo:vt hac.l.iij.§.fratris.⁊ qꝺ no.in.l.
.i.in prin.qꝺ intelligo niſi ꝯſtaret ꝙ teſtator vo/
lebat mutare primū teſtm̄ reſpectu heredis inſti
tuti ⁊ volebat inſtituere aliū:⁊ tunc ꝑinde eſt ac
ſi coegiſſet teſtatorē illū inſtituere vt in p̄cedēti
bus dixi.facit ad p̄dicta ꝙ factū ꝓhibentis non
nocʒ legatarijs ⁊ fideicōmiſſarijs ex̄neis:⁊ eadē
rōne nec inſtitutis ex̄neis:vt.l.i.§.ſed ſi legatū:
⁊.l.ꝓxi.in fi.ſ.e.ſed ſi erat inſtitutꝰ alius q̄ filius
vel heres ꝓhibentis:tūc ſi erant in p̄ſēte tēpore
prohibitionis:lʒ nō eſſent t̄pe adite hereditatis
dicūtur indigni ⁊ hereditas fiſco applicatur ſm̄
oēs:vt.ſ.e.l.i.§.i.⁊.ꝭ.qui.nō cōpe.bo.po.l.i.in
fi.ſed ſi erāt ſui iuris t̄pe ꝓhibitionis ⁊ adite he
reditatis ſunt opi.ſ.e.l.i.tamē Dy.tenet illā ꝙ
ſit idē qꝺ ſupra.pōt eſſe rō:qa ꝓpter ꝯiunctionē
ꝑſonarū videꝰ ꝓhibens ꝓhibuiſſe ſoluʒ fauore
illoꝝ.ar.l.pe.ꝭ.de bo.libe. Itē predicta vera niſi
illi inſtituti eſſent ſucceſſuri ab inte.tunc enī ꝓhi
bitio tertij nō nocet.alꝰ impedit ſuccedentes ab
inte.vt dixi in caſu precedenti:multo fortius h̄.
Pono caſum in terminis.maritus ꝓhibuit vxo
rem teſtari vel teſtmentū factū mutare ad hoc vt
ſuccederēt oēs filij.certe nō impediꝰ ꝓpter hoc
ſucceſſio filioꝝ ꝓpter ea q̄ dixi. Preterea tā pa/
ter ꝓhibens q̄ mater ſunt in equali gradu filio:
ideo par cōiūctio oēm ſuſpitionē tollit:vt.l.non
ſolum.de ritu nup.maxie hodie quo iure mater
hʒ de neceſſitate filium inſtituere in aliquo:vt in
auc̄.vt cū de app.cog.§.aliud quoqʒ capitulum.
Si vero ipſe ꝓhibens erat inſtitutꝰ in p̄mo teſtō
tunc aut cū alijs aut ſolus.primo caſu alijs non
nocet:niſi etiā ipſi dolū cōmiſerint:vt.ſ.l.i.in fi.
⁊.l.ij.§.fratris.⁊ ſemp intellige:niſi conſtaret ꝙ
teſtator volebat mutare etiā quo ad inſtitutionē
alioꝝ. Si ꝟo erat inſtitutus ſolus ⁊ tunc aut ipſe
ſolus erat etiam ſucceſſurus ab inte.⁊ hereditas

[a] ¶ Diſtiguatur. Aliqs interfecit ꝯſanguineū vtꝝ fiſcus ſuccedat ei. ⁊ vid bar.⁊ qꝺ ibi dixi in.l.fi.ꝺ his q.vt indig.ꝑ bal.in.l.eā quā.in.iiij.col.C.ꝺ fideicō.

applicaꝰ fiſco:vt.l.i.in prin.ſ.eo.aut nō erat ſuc
ceſſurus in aliquo vel nō ſolus.⁊ i hoc ſunt opi.
.ſ.l.ꝓxi.§.fratris.nā quidā dicuut ꝙ ſuccedunt
alij venie͂tes ab inteſ.vel in totum ſi erant ꝓpin/
quiores vel ex parte ſua ſi erant i equali gradu.
⁊ ſic factū vnius nō noceret alteri.hoc eſt qꝺ ꝑ/
deſt.ꝯtra iſtā opi.eſt.C.e.l.i.⁊ qꝺ dixi.ſ.in p̄mo
caſu.ſ.qn̄ qs compulit inſtituere ſe.idē enī vide
tur eſſe ſiue cōpellā vt me inſtituas ſiue ꝙ in iſti
tutione facta ꝑſeueres.⁊ iō alij dicūt ꝙ ſuccedit
fiſcus tm̄.⁊ iſta opi.placʒ per.l.i.C.e. Nec ob.§.
fratris.qa ibi loquiꝰ quādo prohibuit teſtari de
nouo ad illum caſum tm̄ referꝰ:vt ibi no.ſm̄ illā
opi.hoc ſemꝑ intelligas niſi cōſtaret ꝙ volebat
mutare teſtamentū ⁊ inſtituere venientes ab in
teſ.vel alios certos:tūc enī illi ſubuenitur ſm̄ ea
que dixi.ſ.circa primū caſum. ¶ Quero quādo
hereditas applicaꝰ fiſco vtrum legata remaneāt
valida. Tex.videtur ꝙ ſic in.l.i.§.ſed ſi legatuʒ
.ſ.e.⁊.ſ.l.ꝓxi.in fi.qꝺ intellige niſi legata eſſent
relicta filio vel ſeruo prohibentis. eadā ratione
quā ſupra dixi de inſtitutione niſi conſtaret teſta
torem voluiſſe mutare voluntatē etiā quo ad le/
gata.ita intelligo.l.eū qui.in fi.de his quibus vt
indig. ¶ Quero qualiter[b] probabiꝰ ꝙ quis pro
hibuerit aliquē velle teſtari vel teſtamentū muta
re. Rn̄.duo oportet probare.ſ.ꝙ ille volebat te/
ſtari. Item ꝙ ille alius ꝓhibuit ſibi:vt.ſ.e.l.i.in
prin. h̄ aūt ꝓhibitio probaꝰ ſi impediat introire
notariū vel teſtes:vt.ſ.e.l.i.in p̄n.⁊.l. marcellus
in fi.ad trebel.⁊.l.eū qui.in.fi.de his q. vt idig.
¶ Quero pone ꝙ teſtator dixit corā duobus vel
tribus teſtibus vel etiā corā notario ꝙ ipſe fece/
rat teſtamētū coactus ⁊ ꝙ libenter mutaret ſed
omittit ꝓpter timorē:an ſit ſufficiens probatio.
Rn̄.ſi diceret ſimpliciter ꝓpter metum nō expri
mendo a quo eſſet illatus puto ꝙ nō valeret[c] ali
quid.nō enim pōt ſua ſimplici voluntate remo/
uere teſtamētuʒ qꝺ ante fecerat:vt.l.ſancimꝰ.C.
de teſta.ſed ſi diceret ſibi metū illatū a ſubſtitu/
to:tunc ſatis eum indignū reputare videꝰ.⁊ tūc
hereditas applicatur fiſco:vt.l.hereditas.C.de
his qui.vt indig. ¶ Quero vtrum hereditas ve
niat ad fiſcum ſue ſit adita hereditas:ſiue non.
Rn̄.ꝙ ſic:vt.l.ꝓxi.in fi.dū dicit caduca.facit qꝺ
dixi.ſ.ti.i.l.ſequens gradus.in prin. ¶ Quero
iuxta.l.noſtrā pone ꝙ tempore facti teſtamenti
nulle iniurie fuerunt facte per virum vxori ſed p̄
ceſſerant iniurie ⁊ verbera:vtruʒ ex hoc vir repu
tetur indignus. Inno.in ſimili videtur determi/
nare ꝙ ſic.ex̄ de offi.dele.c.cām m̄rimonij.dixi
.l.i.§.q̄ onerādeꝰ.quarū rerū ac.nō datur.

[b] ¶ Quero q̄liter. Adde q̄ no.in.l.ꝓxime.de his q̄ in teſt.de.le.⁊ i.l.i ſcō.§.i.de ꝯdi.⁊ de.⁊ in.§.legaui.inſti.ꝺ lega.

[c] ¶ Nō valeret. Fac tex.⁊ qꝺ ibi dixi in.l.ſi qd.§.i.ſ.ti.i.adde qꝺ no.bart.in.l.in teſtō.ꝺ fideicō.li.adde bal.i.l.noſtrā.C.de teſta.in vlti.col.vbi tʒ ꝯ bar.h.

[d] ¶ Que onerāde. Adde tex.i.l.miles.§.veteranꝰ de teſt.mili.⁊ in.l.ſi iure de le.iij.

## ¶ De iure codicilloꝝ. Rubrica.

¶ Iſtoꝝ formas vide in Spe.de inſtru.edic.§.
viſo.ꝯtinua ⁊ queras vt in glo.

Ex.l.ſequenti.

¶ Clauſula ſi nō valet iure teſtamenti valeat iu
re codicilloꝝ quid importet ⁊ que perſone vide
antur grauari:ibi. Uenio. Et an ualeat cū teſtōr
dicit uolo ꝙ ualeat iure teſtamenti ⁊ codicilloꝝ
ibi. Secundo. Et quid ſi dixit uolo ꝙ ualeat iu/
re teſtamenti uel ſaltem iure codicilloꝝ:ibi. Sʒ
quid. Et quid ſi reperitur ſcriptum ⁊ uoluit ua/
lere uel iure codicilloꝝ:ibi. Sed qd. Et an pre/
dicta clauſula opereꝰ quādo teſtamentū eſt im/
perfectum ratione uoluntatis: ibi. Quarto. Et
quid operetur cū teſtamentū non ualet ex cauſa
preteritionis:ibi. Quinto. Et an ideʒ ſit in teſta
mento nō ualido p̄teritōe poſthumi:ibi. Sexto.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Et quid ſi teſtator dicat ſi nõ ualeret iure teſtamenti ualeat iure codicillorũ:ibi. Septimo. Et quid ſi dixit ſi nõ ualet iure teſtamenti ualeat oĩ iure quo ualere poſſit:ibi. Octauo. Et qd ſi nõ ualet ex ui exheredationis:ibi. Nono. Et an cũ teſtamentũ rumpitur per ꝯtra tabu. an clauſula aliquid operet̃:ibi. Decimo. Et quid ſi teſtamẽtum rumpat̃ agnatiõe ſui heredis:ibi. Undecimo. Et quid ſi teſtamẽtũ rumpat̃:qa hereditas nõ eſt agnita.ibi. Duodecimo. Et quid ſi teſtm̃ nõ ualeret ꝓpter defectũ inſtituti incapacis:ibi. Decimotertio. Et qd ſi nõ ualet ꝓpter defectũ teſtantis:ibi. Decimoquarto. Et qd ſi teſtamentum in quo ſunt uerba ſi nõ ualet uel ualebit irritatur per ſecundũ:ibi. Decimoquinto. Et quid ſi in teſtamẽto ubi eſt clauſula ſit ſubſtitutio pupillaris:an porriget̃ ad ta.pu.ibi. Decimoſexto. Quid aũt operent̃ hec ỽba ſi apponant̃ in codicillis.ſ.ſi non ualet iure codicillorũ ualeat iure cuiuſlibet ultime uoluntatis prout melius ualere poteſt:ibi. Decimoſeptimo. Et qd ſi in teſtamento fuit facta ſubſtitutio pupillaris:⁊ in codicillis ad teſtm̃ factis fuit reuocata ſubſtitutio ad quid trahet̃ aditio:uide in fi.

## Epiſſime.

